futoz. ⁊ alioz qui lanificitio subalternātur. tot  
machiaionū ⁊ fraudū ficmēta. ⁊ deceptionū  
gn̄az q̄t filoz nūerosa multitudo ī eoz opibz  
repiē. **I**n primis igitē hūi⁹ ministerij artifices  
deo altissimo inḡti sunt. quī dat eis miuē sicut  
lanam idest tantā abundantia: ut ministret  
eis lanā ut miuē. ip̄h tamen deū fraudāt. decia  
et primitia. nedū lane. sed ⁊ h̄dorum. **R**ursum

## Capitulum. xxx.

postq̄ deū contempserūt. facile putant proxi-  
mos ledere. idq; multipliciter agūt. **Quis** em̄  
ex primere possit. quot sophisticatas telas  
oficiūt. quot filoz̄ falsas cōmixtiōes adiciunt  
quot furta. quot rapinas cōmittūt. **Texunt**  
plerūq; lenes pānos. bonā furantes inutilem  
lanā apponētes. falso pondere librāt. **Taceo**  
fallacias in filādo. maleq; torquēdo. dolos in  
texendo. falsos adulterosq; colores intingē-  
do. **Taceo** deniq; futoz̄ fraudes ac furta. qui-  
vix nisi ex furto rescuntur. **Hanc** itaq; artium  
fraudes atq; miserias sacra scriptura cōme-  
morat inquens p̄ p̄phetā. **Ve** ve filii deserti q̄  
ordimini telā. s; non p̄ spiritū meū. **Et** allibi. te-  
las aranee texuerūt. **Quare** ali⁹ p̄pheta in eos  
vehementer exarsit. ait enim qui intelligit te  
precipitabit te. ⁊ telā quā orditus es fraudu-  
lenter. **Et** **Isaias**. confundentur inquit qui ope-  
rātur lanā ⁊ limū plectentes. et recte non texē-  
tes. **Hij** enim artifices auaritiē seruientes. ve-  
stes conficiūt limo lanaq; contextas. dū idip-  
sum non modo ad literaz̄ agunt. sed suis arti-  
bus non contenti. ad alienas pariter transe-  
unt. **Sunt** igitur artes ipse ⁊ eis similes. recte  
mechanice. quia mechantur et non perficiūt  
intellectū. nec viam virtutib; parāt.

## liber 5<sup>m</sup>

**C**ap. vi. de secūda arte mechaica vicz  
fabrili. armatura. aut architectoica. ⁊ de  
vtilitate ei⁹. ⁊ de vtilitate ei⁹. ⁊ progatis illa  
rū. ⁊ de incōmodis. miserijs ⁊ oneribz eaz

**A**bril siue armatura secūda est ars  
mechaica. s̄b q̄ carpētaria. lignaria.  
marmoraria. aurificū. ⁊ q̄cqd lignis.  
lapidibz ⁊ metall fabricat. **H**az q̄c̄ artū sū  
ma ē necitas atqz vtilitas. **P**er eas em necita  
tibz hōim subueniē. nisi em edificia foret: nec  
hoies subsistē possent. oisqz politica ouersatio  
⁊ d̄m⁹ cult⁹ pdēnt. q̄d em pulchz. q̄d iocun  
dū in orbe foēt. n̄ vites. aut domus. aut tēpla  
essent. **N**ā hoies velut fera aialia in speluncis  
latitarent. **A**urificū vero ⁊ metalloz ⁊ seq̄tū  
studia et artes nō mō honesta. sed iocūda et  
vtilia sūt. qui vasa ad dei cultū hōimqz ornatū  
atqz obsequiū parāt. **T**aceo de fabrili siue ar  
matura. qua fidelia arma ad expellendos ho  
stes fabricātur. et alia plurima que explicari  
sermone nō valēt. **S**i igiē fidelis dicitas artes  
exerēt: honestissimā vitā agūt. p̄sertim si nō  
ad lucz: sed ad rispu. omune bonū intendāt.  
et victum non questū inde querāt. **T**ūc enim  
beatus est talis artifex. et bene erit eis qui la  
borem manū suarū manducat. **V**erūtamen

## Capitulum. xxvi.

nō delectantur in eis quod dicitur in illis. In labore  
tes. labores atq; picula plene enim sūt; dol et  
fraudibz. **F**abri vero plerūq; sophistica nō  
vera fabricāt. blādos vomeres audūt. blāda  
arma atq; infidelia. molles gladios. et plerūq;  
torricos ofitiūt. cari⁹ fabrilla sua vendere co  
nātur q̄ valeāt. **R**urfus arma vendūt infide  
lib. nec sua arte stent. alienas inquirūt. **D**e  
quibz ait **I**saias. nūquid sculptile cōflabit fa  
ber. **O** quot falsas ferri fabricaciones. et pro  
calite cōmutacōnes. quot sophisticata ferra  
mēta. quot falsas cementacōes. quot lapides  
lignorūq; sculpture. et picture falsas opatio  
nes machināt. **A**urifices vero quot metallo  
rū falsas cōneriōes. quot sophisticacōes. q̄t  
dealbacōnes. quot deceptivas alchīmicasq;  
opacōes. nec reptas trāsmutacōes. q̄t metal  
lor ac monetarū falsas cōmutacōes. quot inu  
tiles et caducas deauracōes. picturas et colora  
tiones auricalci pro auro. stāmi pro argento.  
pestiferas venditiōes. quot mineraliū falsas  
pserutacōes agāt et ofitiāt. nō facile dicē pos  
sem⁹. **S**⁹ vix ē illd̄ **D**ieremie ad eos artifices.  
oful⁹ ē inq̄t ois artifex i sculptilibz opibz suis.  
fatem̄ igic artes ip̄e vtilēs sunt. hūana corpa  
nutriūt. s; aios ad v̄tutes nō inducūt. **I**mplēt  
marchubia. s; a mente nō expellūt vitia.

**C**a. xxvii. de tertia arte mechanica videlicet de  
navigatoria et artibus ei subalternatis. et de  
utilitate et laudibus earum. Demum de laboribus  
miseriis et periculosis quas committuntur.

**N**avigatoria siquidem tertio loco me-  
chanicis artibus subalternatur. que  
eadem cum mercatura videtur. quedam  
tamē singularia tam utilia quam inutilia. tam dul-  
cia quam amara habere dinoscitur. Illius autem  
necessitas et utilitas ex eo patet. quoniam sine  
illa: tota pene hominum societas. tota conversatio  
periret. et tunc nulla civitas aut civitas sola sibi  
sufficiat veluti ad quam omnia vite necessaria  
et utilia. per navigantium suffragia facilius  
et apcius res omnes deferuntur. Habetque certe  
altera ab altera quod ei deest. ministratque quod  
superfluit. Demum omnes fere insule perirent  
aut depopulate essent nisi per navigationes  
aditus ad eas haberetur. Adde quia secundum  
Aristotelem in politica necessarium est regno  
aut civitati bene ordinate promptam habere  
navigationem si volunt esse liberi. Nam per na-  
vigationem sunt abiles et parati ad lacessendas  
et expulsandas iniurias piratarum et latronum  
Navigantes denique multa generi humano ve-  
lia afferunt industrie et sagacitatis. sciunt enim



## Cap. xxvij.

ventos agnoscere. port<sup>9</sup> eligere. securiores futu-  
ras tēpestates preuidēt. eazq; ortus ⁊ occa-  
sus presciūt. speculātur suo studio aduentus  
aduersantiū nauū. demū nauigantiū vita in-  
nocēs atq; honesta est. nā et xp̄s nauiculam  
ascēdit et trāsfretauit. **A**postoli idip̄m se pe fe-  
cerūt. **R**ursum ab illis omnib; cupiditatibus.  
libidimb; ⁊ voluptatib; qui in terra ac ciuita-  
tib; hominib; se offerūt. segregati sūt. ⁊ t̄nto  
deo sūt deuotiores. q̄nto p̄rimiores periculis.  
**V**erūtāme h; ars ipsa nō puas miseras. ea-  
lamitates. labores atq; picula. put vnicuiq;  
recte cōspicienti facile intueri libet. **E**a em̄ ars  
plena ē miseris. dolis ac fraudib;. **T**aceo ei<sup>9</sup>  
picula. **S**i em̄ dēssent qui naues fabricarēt.  
nullus tāto piculo se exponeret. **Q**uoz demē-  
tiam sapiens mirat̄ inquis. ponētes ratē in  
mari. omittūt se ⁊ vitā suā puo ligno. cū maē  
piscib;. terrā autē de<sup>9</sup> dedit filiis hoim. **P**rim<sup>9</sup>  
oim romanis p̄suasit nauē conscēdere **C**lau-  
dijus caudex ob hoc sic appellat<sup>9</sup>. q̄ plurimū  
tabularū context<sup>9</sup>. caudex apud antiquos vo-  
catur. de quo dicit **S**eneca nō vtilez artē inue-  
nisse. **I**n primis itaq; nauicularij seu hāc eē-  
rentes artē. naues de iēptis putridisq; lignis  
fabricant puo tpe duraturas. et dū homines  
se illis omittūt subito dū ludūt absorbentur.

quod periculū ex fraude nauiculatioꝝ puenire di  
 noscitur. **T**aceo quot latrocinia nauigantes  
 et pirate indies agunt. quot furta. quot rapi  
 nas. inter quos nulla fides. nulla veritas. nul  
 lus ad deū timor. nec ad proximū amor repit.  
 sed qui potentior est ⁊ paruas scafas inuadit  
**I**n alijs viuendi modis. orbatores sunt pessi  
 me condicois. in hac misera arte qui plura de  
 pdatur. ⁊ eo amplius premia ⁊ arripirata ac  
 magnaz dassiū pnceps constituit. **N**ec refero  
 q̄ hoies in mari submerguntur. aut ete infitū  
 tur. nec ditāt nauigātes. nisi cū alioꝝ spolijs.  
 piratas em̄ et hostes fidei dimittūt. fideles pe  
 grinātes ⁊ mercatores inermes insequuntur.  
**T**andē nauigantes quos apprehendere non  
 valent. ⁊ peditari cogunt. **M**iserū certe gen⁹ ho  
 minū. in quib⁹ nullū est hūanitatē vestigiū  
**C**ū em̄ natura ipsa impellente. naufragantib⁹  
 hoies cōpatiūtur. hī tamen naues peditates  
 q̄s tueri deberēt. ⁊ rapiūt. dantes afflictionem  
 afflictis. **A**dde quia utilis ⁊ secura esset nau  
 gatoria ars. si aer. si venti. si maris fluctus. si  
 scopuli rapidi nauigantib⁹ obedirēt. **S**ed lon  
 ge certior est tēpestas. q̄ trāquillitas nauigā  
 tibus. **D**emiq; pua sūt terre picula. nisi maris  
 discrimina experiantur. **N**on enim solum na  
 uigantibus pericula imminēt ab hostibus. sed

a mari sed a piscibz quibz tutius foret in ho-  
mines q̄ inter delphines conuersari. qui car-  
nes hūanas sitiūt. Et ut paucis agā. nauigā-  
tes id hñt: ut piculis suis gaudeant. **S**criptū  
est p sapientes. qui nauigāt mare: enarrant  
picula. **H**inc propheta dicebat. vlulate naues  
in die pauoris maris. **S**ūt igitur hee artes ea-  
tenus vtilēs a cōmendāde. q̄tenus eaz artifi-  
ces eis ita vñtur. ut institute noscūtur.

**C**apitulū viceſimū octauū de quarta ar-  
te mechanica. vicz de venatoriā a artibz  
ei subalternatis. a de laudibz a vtilitate  
eaz. a de laboribus miseris a periculis  
que eas comitantur.

**V**enatoriā quarta ars est mechanica  
sub qua omnis feraz auiūqz occupa-  
tio a piscatura. earūqz rez paratura  
cōtinet̄ ut supra tetigim⁹. quaz artū vtilita-  
tem nullus ignorat. **E**st em̄ in primis delecta-  
bilis. atqz ad exercitacōez deductionēqz t̄pis  
accōmodata a ad modestā hominū recreatio-  
nem instituta. quippe a ad salutē corpis puti-  
tilis: si debitis loco et t̄pe a fine bono eis fru-  
ant̄. **A**dde. qz tolerāda est: si ob necessitatem  
pro pellibz a carnibz: non ob voluptatē sine.

## Liber 8m.

Strepitū et clamore exerceat. Sed iam hūi  
artis et vite incōmoda. labores atq; miserias  
siml et picula memorem? In p̄mis itaq; q̄s  
prudēs gaudiū suū in fugacissimis reb; collo  
catur. Deinde venatui vacans: melioris nego  
tū diē pdit. Quid de piculis corpis dicā. Quot  
foucas venatores precipites incurrūt. aquas  
quoq; stagnas: silvas non sine discrimie per  
currūt. reges vero ⁊ magnates. et si quotiēs  
armis nō vacāt: venacōni se dedāt. In cetera  
tū incōmoda. illud puū nō est. q̄ lassitudinē  
senecturē pluresq; ex ea infirmitates nāciscūt  
⁊ ut dici solet. puo solacō: plues mestitie opā  
tur. Quid dicā de tempis amissione: inutili oc  
cupacōne. fructus modicitate. ⁊ tandem pūi  
bili vanitate. Que em̄ maior vanitas: q̄ post  
quam bestiolā lepore; natura ipsa timidam.  
tot currūt reges. tot milites. tot cursores. tot  
buccinaz et cornū clangores. tot vlulantū  
vociferacōnes. Et ut paucis multa cōprehen  
dā. in scripturis sanctis neminē sandū vena  
torem legim⁹. Esau em̄ venator erat. quomā  
peccator fuerat. Kurl⁹ inē venatores scriptura  
sac Rembroth commemorat. q̄ robust⁹ venator  
et oppressor hoim appellat. Deniq; venatores  
silvas querūt. vbi venationis colore. pegrinā  
tes spoliāt atq; trucidant. hęc est eoz venacō

Capitulum xxxix.

hec auclupacio. **T**aceo de alia venacionis spe  
tie oppressiua. atenaria cum bestijs decertando  
**E**t ut paucis agamus. venatores densa nemo  
ra a solitudines inquirunt. non ut vitam solitariam  
agant cui se ineptos sciunt. sed ut feris a volu  
cribus conueniant. quia hominum vite inabiles sunt.  
**H**uic arti subalternatur macellariorum ars. ce  
terorumque conuonatorum cauponum officie artes.  
ouarum usus totius voluptas quam necessitas in  
ducit. **H**is enim carnum ante diluuium incoqui  
tus erat. **N**on artes vilissime sunt. et fraudi  
bus plene ac dolis. ut vnusquisque expie. **V**en  
dunt enim carnes putridas. ouem pro castro  
ne. hircum pro ariete. capram pro capriolo. de  
cipiunt in pondere. fraudant in pretio a in re  
ipsa seducunt. **Q**uo fit. ut dum carnes vendunt  
ementium corpora ledunt. **D**e ceteris vero huius  
artis partibus multa dici possunt. puta de piscatu  
ra et vinorum ciborumque apparatu. in quibus tot com  
mittuntur fraudes. ut pudor sit ea commemorare.  
**H**arum igitur artium studia: ventri non menti  
seruiunt. **T**olerantur itaque quatenus sufficiunt ad  
vite humane alimentum a bonam corporis valitudinem.

**C**apitulum vicefimūnonū de quinta arte  
mechanica. vicz de agricultura a de par  
tibus eius. de cuius vtilitate dulcore et

## liber primus.

amaritudines: supradixim⁹ in decimoquinto et decimosexto capitulis.

### Ca. xxx. de arte pastoralis. et de eius utilitate. ac incommodis miserijs et laboribus.

**P**astorum quidem arte nonnulli agriculturam alij venatorie attribuunt. utcumque sit. specialis de ea agendum est sermo. Est igitur utilis pastorum seu bubulcorum ars. atque ad vite humane indigentiam suppleendam admodum necessaria. Hic igitur viuendi modus innocuus est: nemini officit. nature operi intendit. Reipsum seruiunt. et multis est segregata facinoribus. et a peccandi occasionibus aliena. et templa communi proxima. inutilibus actionibus obuia. eamque vite formulam sancti prophete sectati sunt. et sub pastorem nomine reges et principes appellarunt. Quippe cuius nomine glorioso Christus nuncupari voluit inquit. ego sum pastor bonus. Veritatem huius artis plurima sunt incommoda labores atque pericula. Primo quidem ut putamus. vtilis hominibus foret homines potius amare. colere et alere quam pecora. Amant enim quod nec se amare sciunt. nec amantibus vicem reddere possunt. Rursus si animalia per te pauperis occupatissimus bubulcus eris. si per alios pecora bouesque pascas: tu non

## Capitū. xxx.

pastor mōz h̄ pastorū seruus eris. Sed a illoz  
furtis fraudibz; a dolis necesse ē credas. nūc  
pecora mortua afferent. nunc a feris omesta.  
nūc in precipitiū dedita. sed a quotidie noua  
rumoresq; adducunt ex quibz; dolorē mestitiā  
q; accipies. Neq; eoz fraudes vitare valebis.  
ut recte de eis dicat p̄pha. omnes pastores p̄  
uauicati sūt. Et itez pastores suos pascit v̄t?  
v̄t? auaritiē. Cōtra quos alibi scribit̄. Vt pa  
storibz; quā dilacerant gregē suū. Adde aialia  
ipsa que tātope alis atq; custodis; multis pi  
culis sūt exposita. que tā crebra sūt. ut plerū  
q; totū gregē exhauriāt. Vt paucis igit̄ aga  
mus vtilitas incerta est. certa sollicitudo. dubi  
um lucrū. manifesta picula.

**C**apitulū tricesimūprimū de sexta arte  
mechamēa v̄t; theatrica a ludis. et de  
p̄tibz; subalēnatis. a de diuersitate oim  
ludoz a de illoz vtilitate dānis a picul.

**T**heatrica vero ars ludos respicit. di  
cta a teatro vbi populus oueniebat  
Vt vero vite formula tolerāda est z;  
si ludis homines ad eū finez; v̄tūtur; quibz; in  
stituti sunt. Teste em̄ p̄ho p̄pter publicā leti  
tiam hoies a prauis cupiditatibz; a a nociuis

## liber primus

voluptatibus retrahuntur ut supra tetigimus.  
**C**onferunt demique ludi ad recreationem humani  
corporis ut vigorosius laboribus et utilibus  
artibus vacare possint. **Ludus enim moderatus**  
teste pho cibus est animi. **Nam inquit Seneca**  
**Socrates** ludere cum pueris non erutescebat  
**Et Catho** larabat animis curis paucis fatigatum.  
**I**dcirco legum conditores festos instituerunt  
dies ut ad hilaritatem publice homines cogere et  
tamquam necessarium laboribus interponentes tempa  
mentum. **Verum plurime sunt huius artis inco-**  
**moditates. vanitates. miserie atque pericula.** **I**n  
primis igitur considerandum est. quod ut mihi satis vide  
tur et apud catholicos theatrica ars mime po  
nenda nec noivanda precipue. **Nam ut inquit Iulio**  
**rus. Spectacula crudelitatis et inspectiones sunt va-**  
**nitatis. quod non solum hominum vitium. sed demonum iussu**  
**omnibus instituta sunt. proinde nihil debet esse christiane**  
**no cum circensi insania. quod dicitur theatrica. nec cum**  
**amphitheatrica crudelitate. cum atrocitate are**  
**ne. cum luxuria ludi. Deum enim negat qui talia pre**  
**sumit. Quinimo fidei christiane prevaricator effi**  
**citur qui id denuo appetit quod in baptismo iam**  
**proinde renunciat id est diabolo et opibus eius**  
**Lutius Silla ut inquit Seneca. primus in circo**  
**leones solutos dedit Pompeius primus ele**  
**phantas posuit ad spectacula. nec tamen omen**



## Cap. xxxi.

dantur bonā tē egisse: nisi bonū fuit more no  
uo p̄dere hoies. vnde subdit **Seneca** sanctius  
foret ista in obliuione: ire. **Pretēa** cōsiderent  
frequētatores ludoz. q̄ teste **Crisostomo** sup  
illo verbo: sedit popul⁹ comedere et bibē et fur  
erit ludē. De⁹ non dat ludere: s̄ lugere. s̄ dia  
bolus dat ludere ne lugeam⁹. et dū ludim⁹ il  
ludimur. **Adde**. q̄ ludus nō caret illusione. a  
qua nomen accipit. **Vñ** sara vidit ismaelem  
ludentē cū ysaac. in quo ludo ut inquit **Aug⁹**.  
vidit illusiōez. que significabat deceptōez. pre  
terea demones delectātur in ludis vanis: q̄  
vidēt homines eis libēter intēdere et a via v̄tu  
tis deuiare. **Vnde** in somno fuit a demonib⁹ di  
ctū cuidā romano. ut ludi in vrbe instaurarēt  
tur s̄m **Aug⁹**. in quarto de ciuitate dei. **Demq̄**  
in ludis rara ē ḡuitas. p̄mpta est scurrilitas.  
vanitas. stultiloquiū. v̄ba otiosa. mendacia.  
vane inspeccionēs. libidinosē tractationēs. in  
p̄mptu est leuitas. abest modestia. nil aliud  
in h̄is locis accidit: nisi breuis leticia. puum  
gaudiū. magna t̄pis iactura. pueril occupā  
tio. **Et** ut quidā sapiens ait. ludoz expectator  
van⁹. lusor insan⁹. quī nec honeste gerit: nec  
honeste cernit. adeo ut ignorem⁹: an sit lusor  
ifamioz aut spectator. **Rufus** multi fuē quos  
natura mites fecerat s̄ spectacula vitia docuē.

## SS Liber 5m.

crudelisq; effecere. Nil em̄ potētī in memoriā  
descēdit. q̄ qđ visu conspicit. audita facile vo  
lāt. aspēcte res herent. etiā inuitis. **F**ugienda  
ergo sunt ludoz spectacula. vbi ad horaz gau  
dem⁹. ut diutius doleam⁹. ⁊ semper videam⁹.  
qđ vidisse semp displiceat. **P**orro ludorū va  
ria esse ḡna constat. que docuit āntiqua illusio  
**A**lij em̄ alijs delectātur ludis qđ ā spectaculis  
feraz. qđ ā histriomb. quidā palestris. qđ a  
aleis. s; vbiq; vanitas. **R**uid em̄ tbauros. qđ  
feras publice inēfici delectacōnis habet. **Q**uasi  
nō sufficiat belloz cruoz in castris. vrbibusq;  
dietim effusus. **D**e palestris vero atq; tornea  
mētis qđ dici potest. vbi inspector vaniloqu⁹  
miles insanoz. **F**it enim seruus totius vrbis.  
in quo ludo sepe vilior omnū victor euadit.  
**D**e histriōnū bufonūq; vitaz quid dici pōt.  
**N**escio quis insipiētior euadat. an histrio vel  
qui de histriōne ridet. forte qui pecunias effun  
dit vanior est. **Q**uotiens em̄ histriōnes de se  
dños videntes vident. totiens ipsi mirantur  
de mētīā se mirantū. **S**epe certe histrio aliqđ  
fingit quo falso audiētes delectat se vere. **A**le  
arū vero ⁊ taxilloz lusores adeo spurcissimā  
artez exercent. ut in ea arte quito doctiores. tū  
to nequiores habeātur. **D**e quābo phus in po  
liticis ait. quia aleatores mortuoz spoliat⁹ s

## Capitulum xxxij.

et latrones. turpes lucratores sūt. lucrī enim  
grā obprobria sustinent. Vñ a themitodes.  
grauissios viros et reipu. curā gerentes. a lu  
dis leuiozibusq; solacijs arcendos decreuit.  
ne respu. ludere videret. Ipse demiq; discere  
sancti esse otiaz q̄ turpiter solatiari. Ludos  
vero innoxios ad recreationē. a t̄pis deducti  
onem cristiānis non nego. ut musicis instru  
mentis. ut videbis statim cum de musica age  
mus. que p̄mittitur p̄ loco a t̄pe.

**C**apitulū tricesimūsecundū de septia arte  
mechanica. vic; medicina a de eius ne  
cessitate a vtilitate et laudib;. Demū de  
illius abusu laboribus a periculis.

**M**edicine vero ars fateor inter mechai  
cas nobilior est. tanq̄ a natura ipsa  
homimib; donata. q̄nimo vite hūane  
plurimū necessaria. atq; a deo immōli lauda  
ta a honorat iussa. qua corporū morbi curant.  
a vite interstitia p̄seruātur. Demiq; ipsa huius  
artis natural' inq̄isitiō cōmendatissima est.  
Et ut paucis agam vtil' admodū a accōmoda  
medicina est. que nedū corpa ipsa curat sed  
liberiores ad vacandū aim reddit. Nā p̄ho te  
ste. ex bona corpis valitudinē crescunt vires

## ¶ Liber primus

animi. et bona corporis dispositio animam inuauat.  
et ad optima quaeque disposit. **S** fateor laudanda plu-  
rimum ars medicinae est. si bonum subiectum. si virtuti  
deditum reperit. si deumque id ipsum sciendi genus opti-  
mum ac naturalibus scientiis. infallibilibusque fun-  
damētis omnium. prius medici addiscerēt quae ex-  
equerentur. **S**icut enim ut aiunt vnusquisque id agit  
felicitate quod optime nouit. ita quae principia medicinae  
ignorat. cuius finis sanitas existat. ut sanum  
egrum reddat necesse est. vidi ego plurimos  
heri aromatarios. hodie medicos. heri barba-  
rum rasoires. hodie morborum grauium cesores. heri  
herbas ceteraque materialia in apothecis com-  
miscētes. hodie in principum aulis mortuos iudica-  
tes. **S**i enim etiam sanando vix nomen boni medici  
quodque assumit. quoniam pacto necando medicandi  
titulum vendicabit. **Q**uibusdam itaque hijs simili-  
bus me aliquando febricitatem visitantibus. atque re-  
media pollicentibus. si et causas morbi iudicare  
conantibus. illud ad **Philippum** ut in actibus apulo-  
rum legimus dicebam. **P**utas ne intelligis que dicis  
**Q**uibus dicentibus. **E**tiam ego iterum cum eodem  
eunuchus addebam. quomodo scire poteris. cum  
aliquis te non docuerit. **M**ira certe res est ut  
enim inquit **Hieronymus** fullones. metallarum.  
fabri. lignorum cesores. ipsa quoque vilia officia  
exercentes. absque doctoris esse non possunt. nec

## Cap. xxxij.

expiri audent que nō nouerūt. sola est medi  
candi ars: quā sibi passim vnusquisq; vendi  
cat alij enim a crebro infirmantibz medicinā  
addiscūt. **Alj** a feminis ut viros curent. **Alj**  
ab infidelibus audiūt: ut fideles necent. **Alj**  
nescio quibus libellis legunt: et ut in miseris  
corpibz vniformiter exequantur: et ut aiūt vno  
collirio ab eis incognito: oim oculos volunt  
curare. quo fit. ut cæcus arte. natura videntez  
cæcū fatiat. **Hi** medicinā nescientes: medici  
na abutūtur. et artē egregiā quā nō nouerūt  
pfrētur. **Medicine** excellenti et illustri nomie  
gloriātur. quippe quest<sup>9</sup> grāz pecuniā ut finē  
querūt. **Premiū** certe vero medico nō modo  
exiguū: sed sordid. et tāto labori impar nec inge  
nio dignū. **Ex** quibz hui<sup>9</sup> artis difficultates et  
incommoda in prompto sūt. dū viris excellētibz  
non creditur: et hac laudatissimā arte abuteri  
tibz premia dātur. **Adde.** qz multa milia hoim  
taliū medicorū insipientiaz: aut in experiētia  
forte moriuntur. et dū vnū morbū curare sata  
gūt. plures inducūt. **Assuefaciuntq;** miseros  
agros. ut sine medicinis viuere nō valeant.  
quas nisi alijs paradisi minime ipsi tangunt  
nec degustāt. **Cetera** hoim gñā felicē aurā: bo  
nāq; tpsis disposicōez optāt. **Medici** vero aut  
insanā aut pestiferā. ōnes infirmos esse pref

se et suos desiderant. Quos quidam sapiens simi-  
les dicit eis. qui fimeria ad corpora hominum sepe  
lienda deserunt. Quos Demostenes athenis  
dānavit exilio. eo solo quod optabant plurimos  
mori. ut inde lucrū caperent quod contingere nō  
potest sine multorum morte. Taceo quod morborū  
plongā cōes. quot pestiferas potiones. quot  
infirmitatū cōminatōes miseris infirmis in-  
gerūt et quos abstinentia aut simplici victu.  
quippe vel herba si scirent curare poterāt. sūp-  
tiosis ultra marinis quippe et adulterinis ma-  
terialibus. que ipsi aut vendūt aut illoꝝ lucrū  
picipāt. curare potius inficere humana corpora  
moliūtur. Rursus medici causas et naturas  
egritudinū dicūt subtiliter. dantque sanitates  
verbotenus. adeo ut sicut quidam sapiens di-  
cebat. cum eos audimus mortuos posse susci-  
tare credemus. paulo tamen post cernimus  
inanem esse eādem sanitatis spem. quā illico  
insperata mors intercipit. Sed quid plura.  
Absit ut de medicis quicquid similitre dicam. In  
manibus enim illoꝝ sepe meis peccatis incido  
Itaque mihi ceterisque mortalibus sanum foret  
consilium eos non exasperare verbis. Sed de  
mulcere obsequiis. Quare nec ego sentire au-  
deo quod omnes clamant. latrones enim fici-  
tissimi. benefici. homines inhumaniter occidūt.

## Cap. xxxij.

occidūt. medici tñ hūamissīē. atq; om̄tiofiliē  
et solēniē interimūt. ⁊ si q̄ ā dīno mūere ā na  
ture vigore. cōualescūt. ipsā diuinā grāz ipsif  
q; bñficiū pecunia vendūt. dū sibi sanitatē at  
tribuūt. **Nec** indignentē medici q; eoz artem  
mechaicā dixerim. **Nā** dicere pūt ⁊ inōgrue  
medicinā esse mechanicā. q; est de corpe hūa  
no. ex ea pte qua infirmatur ⁊ sanat. **Qd** qui  
dem corpus est intellectiū. quib; dicendū est  
s̄m **Alfarabiū**. q; hoc non pbat medicinā nō  
esse mechanicā. primo q; licet sit de corpe hu  
mano. nō tñ opat̄ in eo medicina pprie sc̄dm  
q; est intellectiū. s̄ sc̄dm q; est sensitiū et  
vegetatiū. **Medicie** aut̄ ad hoc valēt. primo  
ut inueēt vegetatiā potētia ⁊ sensitiā in opib;  
suis. **Fateor** tñ q; aliquñ accidit. ut inde inueēt  
intellectiua. q; sedatis dolorib; liberi⁹ vacatur  
opib; intellectiuis. **Secūdo** hoc pat; qm̄ **Arist.**  
in li. de aīalib; t̄dit doctrinā de hūano corpe  
siml̄ cū doctrina brutalit̄ natural̄ sciētia  
speculatiā ē. medicina vō ē opatiā ⁊ mechaica

**Ca. tricesimūtertū de arte mercādi ⁊ v̄e**  
**tedi q̄ ipa mechanicā ē ⁊ sub nauigatoia**  
**otinet ⁊ de eius necessitate ⁊ vtilitate. ⁊**  
**demū de illi⁹ infelicitate fraudib; dolis**  
**atq; periculis.**

**C**reatura vero q̄ ad nauigatoriā ptinet  
 vtil̄ ad mod̄ ē ad supplēdas iopias pu  
 ciaz. a sine illa comertū m̄ hoies haberi vix  
 poss; h̄ aut̄ mercatorie artis tres sūt ptes ut  
 ait ph̄ i p̄mo politicoꝝ. s. marelala v̄ p̄ maē  
 ferēs merces. q̄ nauigatoriā dici p̄t. secūda ē  
 onerata. t̄cia ē assistētia q̄ q̄s assistit mercato  
 ribz in pecunie a aliaz rez o mutacōmbz. q̄ oēs  
 mercaturē spēs a **P**lutarcho cruibz corpis hūa  
 n̄i recte opant̄. veluti em̄ cura hois huc atq;  
 illuc discurrūt p̄ necēarijs humani corpis: sic  
 mercatores p̄ necitate corpis reipu. Rurs; sic  
 corpe a tibiē sustētāt corp; sic mercatores reipu.  
 suis mercibz sustinēt **E**x q̄bz apte aspiciē neces  
 sitas a vtilitas h̄ artis. q̄re melto ut ait **Hu**  
 go o mēdabil̄ ē. veluti q̄ diūsas ignotasq; gē  
 tes o ciliat. bella sedat. pacē firmat. a tandem  
 p̄uata bō ad o mune oim vsū imutat. **E**st igit̄  
 mercatura nō mō necessaria. s; accōmoda vti  
 lisq; reipu. et ut inqt̄ phus et nō infimū vinē  
 di gen; si ipōꝝ mercatoꝝ finis ad releuādas  
 idigēcias cōmūis reipu. tēdit. s; si cupiditatis  
 grā q̄s mercaturā exēct; vix eit inocēs Sūt em̄  
 ei; artis incōmoda a picula pluria. idq; ex eo  
 maxie o stat. qm̄ s̄m̄ sentētiā s̄ctoꝝ vix mer  
 catura sine peccato potest exerceri. **R**ūs enim  
 h̄ artis dolos. fraudes. iniquitates et scelera



narrare pot. Profecto non est dictu facile. Et si  
 cetera taceam. quot false reum venaliu laudatio  
 nes quot mente reum emptibiliu vitupaciones.  
 quot defectu occultaciones. quot false aut di  
 minute mesuraciones et ponderaciones. quot fal  
 se mercatu omixtiones. quot medatia. quot p  
 iuria. contra quos inquit **Ambro.** O mercator  
 seculi. opator inferni. cur in fraude et deceptio  
 nez conuertis nature industriam. Cur affectas  
 reum defectus. Cur optas paupib; sterilitatez.  
 ut domui tue spes dolosa fecunditate **Explora**  
 qui erit sterilior puent. qui reum inopia. Hanc  
 vocas industriam; qui potius est calliditatis et cupi  
 ditatis astutia. et quod tu remedium dicis. omerti  
 um nequie potius et latrocinium est. Et sequit  
 lucrum tuum damnum multorum est. Et ut paucis  
 agam. omne huius artis officium eo tendit. ut ea  
 vtentes lucris intendat. vilius emat. cariis ven  
 dant. primos decipiat. Hos signat **Valerius**  
 cum ait insidiosissimam fore arte que inopum sangu  
 ne pascit et mendacis ut veritatis instrumē  
 to inuatur. Hac fallacia quam preclaris artibus  
 gaudet. quorum fraudibus non tam alios quam seipos  
 fraudant. quod teste **Crisost.** qui simpliciter nego  
 tiatur. in omnibus prosperantur. qui versantur  
 in dolum eis omnia aduersantur. cum scriptum sit  
 in **Ezechiele.** totam annuersionem vite vertunt

ad lucrū Deo non p̄leuerabit substancia sua.  
Et iterū fraudabit eum pecunia sua. Taceo de  
v̄furaz que vix a mercatura sepatur. Ceterū de  
cāpsoria fileo et pecunie cōmutatiuar que huic  
mercādi arti subalsnatur. in qua tot doli. tot  
fraudes. tot rapine sūt. quot nūmos cāpsor  
h̄z ip̄e. Naz itaq; mechanicar atq; similiū ar  
tū sedatores. vlt̄ē alia incōmoda. teste pho  
inēpi sunt ad politisandū. Quāmo apud anti  
quos huiusmodi artib; vacantes p̄hibeban  
tur p̄cipare nedū p̄ncipatū. sed magistratū  
et consulatū ut supra deduxim⁹.

Capitulū tricesimū quartū de artib; libe  
ralib; in ḡne et de illarū cōmoditate et ab  
usu. laudib; et dānis. dulcib; et amaris

**L**iberales vero artes plurimū fore vti  
les ad instruēdos iuuenes. et necessa  
ria admodū scientiarū ḡnar. Null⁹ sa  
nemētis dubitat. Nec tu ignoras q̄ in puerili  
agēs illis imbutus es. q̄ ut nosci septē nūero  
sūt et i duo ḡna diuidūtur. q̄ p̄me tres p̄mōe  
diales artes vocātur. vel p̄ma sciēdi elemēta.  
vix; ḡmatica. dialetica. rethorica. Quatuor ve  
ro seq̄ntes. s. astro. musica. arismet. et geome.  
methaphisice appellātur idest doctrinales. q̄

per certas demeraciones docet. ut statim subiciem⁹. Quare autem liberales appellantur. et circa mathematicas que fuerint cause inuentionu earu. et que sit earu natura. utilitas seu incommoditas subicienda. que etiam tibi nota sint. volo illa tibi ad mentem educere ne illarum oblectamentis allect⁹. dum illis te totum exhibes. digniora atque excellentiora ad que illa ordinantur premittas. Appellantur itaque ut nosti. septem ipse artes liberales triplici ex causa. Primo ut distinguantur ab alijs illiberalibus. ut mechanicis et ceteris seculibus artibus. que ideo sunt illiberales. quia ordinantur ad corpus. Animam autem et intellectum male disponunt. Ipse autem liberales principaliter ordinantur ad animam. quam disponunt ad usus et actiones virtutum moralium et intellectualium. vel ad usum perfectissime virtutis. que est felicitas. Ex quo potest elici alia precipissima causa. quare vocantur artes liberales. videlicet quod secundum eas homo per se disponit secundum intellectum ad optimum finem. vel uti usum virtutum moralium et intellectualium vel ad usum perfecte felicitatis. que est speculativa. Qui autem talia considerant. naturaliter sunt liberi. quia non sunt seruales. cum intellectu vigent. ideo recte artes ipse liberales dicuntur. Fateor tamen secundum philosophum in octavo politicorum. quia utile et comendabile est participare aliquando liberales artes et

## liber p̄m⁹.

mathematicas: quaz vsus ordinat ad exerci-  
tiū excellentiaz doctriamaz vsq; ad certū termi-  
nū sed continue et assidue exercere se in eis vsq;  
ad quācūq; p̄fectionez nonnūq̄ nociuū est.  
q̄ continua consideratio in ill' retrahit aut sim-  
pliciter aut p̄ parte abusu virtutis moralis.  
**T**ertia vero causa ē quare liberales dicūtur.  
q̄ liberos et expeditos et exercitatos aīos req̄-  
rūt. eo q̄ subtiliter de rez causis disputant. et  
de illis p̄terūq; que a sensu remota sunt. **A**lia  
causa est quia antiq̄tus tm̄modo liberi et nobi-  
les et ingenui in eis studere consueuerūt. **P**le-  
bei vero et ignobiles studebāt in mechanicis  
p̄pter periciam opandi. corporalis enim opaco  
plus congruit plebeis. oīū autem et studiū  
nobilibus scdm̄ **H**ugo.

**C**a. xxxv. de p̄mis duabo liberalib; artib;  
videlic; ḡmatica. et dialetica. et de ortu ea-  
rū et causis quare inuente sūt. et de illaz  
laudibus et vtilitate. ac demū de earum  
abusu et inōmoditate.

**P**ostq̄ egim⁹ de liberalib; artib; i ḡne-  
sup̄est ut in specie eas breuī sermone  
tāgam⁹. **P**rimo igit de ḡma. et diale-  
tāgam⁹. **D**e rethorica vero in sequēti capitulo

## Cap. xxxv.

differem<sup>9</sup>. Vocatur itaq; tres ipse artes pmo<sup>9</sup>  
diales q; circa primā lēāz elemēta vřantur  
Per eas em̄ aut de cōgruitate. aut ornatu ser  
monis. aut deniq; de oratiōis veritate et falsi  
tate pncipali<sup>9</sup> agit. Prima itaq; gramatica  
f̄m Alfarabiū a lēis nomē accepit. que mater  
est aliaz artū. Fuit autē causa et mod<sup>9</sup> inuen  
tionis eius quomā cū homines inordinate at  
q; ad libitū et sine arte loquerētur. eueniebat  
ut min<sup>9</sup> bene cept<sup>9</sup> suos exprimere. s; et min<sup>9</sup>  
apte audiētes intelligere valerēt quo fiebat  
ut tardius intelligere et intelligi. ac difficilius  
sciētiās tradere possent. Qua de re curarunt.  
sapientes has incōmoditates tollere tradide  
rūtq; artificōhū loquendi modū vñiformē qui  
dem et cōgruū. ut omēs cept<sup>9</sup> humani. demū  
cūcte doctrine p eandē artem apti<sup>9</sup> et liberius  
significarētur et addiscerētur. **V**erū et si utilis  
et necessaria ars gramatice sit. q; tñ pacto inf  
sciētiās annūeret. plurimi dubitarūt. p eo  
quia gramatica. ipsa solū circa peritiāz redi  
sermonis versatur. sermo vero transit. sciētia  
aut est de pmanētib;. **A**dde quia hec ars pol  
lice linguā nō ammu nouit nec intellectū diri  
gere s; labia. **A**ccedit quia nō ppter se. s; ppē  
alias inuenta est qre instrumentū sciēdi po  
tius q̄ sciētia f̄m quosdāz dici pōt. **L**oyca

## Liber 5m.

secūda est liberalis ars que a rācōnalis dicitē  
Ipa enī diffimire. q̄rere. respōdere. vera a falsū  
diudicāre. ac subtiliter disputare docet. **N**eces  
saria certe a utilis ars. q̄ s̄m **H**ugo. in didac  
colicon. p̄ eā subtilibz obiectiōibz latēs veritas  
repiē **C**ausa siq̄dē inuētiōis ei⁹ putil ad modū  
fuit. cum enī in phisicis plures suboriretur  
opimiones et contrarietates: de reuerūt sapien  
tes de modo alēcandi artes tradere. videbant  
enī q̄ nō possz facile pueniri ad alicui⁹ sciēcie  
certitudinē sine pericia disputādi **H**ac Salo.  
oim sapientissim⁹ in puerbijs addiscendam  
admonet. dū nos hortatur ut intelligam⁹ ser  
mones prudentie. verfudalqz verboꝝ. nec non  
pabolas a obscurū sermonē. a dicta sapientū  
simul et emigmata. que omnia ut **H**iero. ad  
magnū oratorē ait. dialecticoꝝ a oratoꝝ sunt  
**S**ed a **A**ug⁹. p̄ eo hinc cetera logicā cōmēdat.  
quia exercitiora poli cōtraqz reddidit ingenia.  
**S**z certe si dialectice fructus. si finis attēditur.  
vtiqz repiem⁹. q̄ poti⁹ ingemū iamē fatigat.  
q̄ vtiliter perfecit. **N**am ethi condisputantē vi  
ceris: non fructū. sed verboꝝ folia conseq̄ris.  
**H**inc **G**reg. filogistica inq̄t disputacio quid  
aliud ēz q̄ v̄bis ostendē a audiētes subuertē.  
**A**buūtur enī ea arte plurimi. dū cōfictia da  
moris v̄boꝝ veritatē ipugnāt **R**ufus q̄s quā

## Cap. xxxvi.

ea doctrina v̄saris necesse est cōtencōsus loq̄  
ris quicq̄d pbare nō potes. q̄ ut inquit **Aug**  
**g**⁹. cōfirmationē sumit ab homine. quicq̄d nō  
habet ex veritate. s̄ a illud v̄z est. quia sepe  
nimū altricādo p̄ditur: dū inquirē veritas.  
q̄d satis dolendū est. **I**dip̄sū q̄d ad veritatem  
iuuandā institutū est: ad eaz obfuscandā oc  
cultandāq; cū hominū labore studiosissime q̄  
ritur. **Vñ Aug**⁹. in de doctrina cristiana exē  
bilē dicit artē sophisticā disputandi et libidi  
nem v̄randi. quā admonet cauendā. Si em̄  
doctrina foret pietatis. neq̄ q̄ sacre l̄e tātōpe  
eā detestaretur cū aiūt. qui sophisticē loquit̄  
odibilis est. **I**n ea certe ut ip̄e **Aug**⁹. ait victo  
ria v̄boꝝ: a ostētatio ambitiosa q̄rit nec mō  
tardos. s̄ plerūq; ingemiosos decipit.

**C**apitulū tricesimū sextū de rethorica q̄ ē  
tertia liberalis ars. a de eius ortu et v̄tili  
tate ac laudib⁹. **R**urfus de eius abusu a  
q̄lis dēt esse orator. a ad q̄d val; eloquē  
tia sine sapiētia. a quō aliq̄n ē mortifera

**R**ethorica tertia est liberaliū artū. sic  
dicta quasi ornatus sit locucōnis s̄m  
**Alfarabiū** **V**eluti enim p̄ gramaticā  
cōgēte loq̄ndi artē addiscim⁹. ita p̄ rethoricā

ea ornate pferre que didicimus. ex qua re potissima causa illius inuentionis sumitur scdm **Hugo**. Est igitur huius artis summa vis ingens laus. Nam ut inquit **Seneca**. magna res est eloquentia. nec adhuc ulli indulgetur tota contingeret. satis felix est qui in aliqua eius parte receptus est. Hec certe ornamentum est aliarum scientiarum. quae ut inquit **Calliodorus** quicquid in alia doctrina accipitur ab ista sub decore profertur. Unde in ecclesiastico scribitur. tuba et psalterium faciunt melodiam. et super utrumque lingua suauis. Et iterum fauus mellis uerba composita. Et rursus scriptum est. quae sapienter in uerbis suis monstrata placuit. De laudibus uero eloquentiae repetere quae supra diximus in xxxiiij. ca. in principio. Sed certe haec ars plurimos fallit. dum suos sectatores docere. non scire. docet. instruit. dulciter uerba capere non utiliter sapere. Et dum uerborum suauitas queritur. uera rerum sapientia amittitur. atque ueritatis tantus hodie est hominum labor ad recte tractandam uenditum quantum ad ornate bene politaque dicendum. Hinc **Firmianus Lactantius**. ueritatem tam multi beneficerent quam bene loqui uidentur. Adde quia plerique ea uentur non ad salutem. sed ad perniciem. Acerbissime quidem illud referendum quippe et dolendum arbitror. ut uidelicet ea quae teste **Cicerone** a natura data est ad honorum hominum seruandorum in pestem et nocumentum uertatur.



Cap. xxxvi.

Simplex enim est veritas et recta. splendor autem  
verborum lenocinio non eget quoniam ut **Quintili-**  
anus ait. suspecta est cum ornatur fingere nescit.  
**Nam** quoniam inquit fabricabit fidentem quae vix eli-  
matum depromit sermonem. Ipsa vero per ornata  
locutio potius proferre quam conferre solet. Vt vix sit  
quod quidam sapiens ait quod garrulosa dicendi fe-  
stivitas plus sonat quam valet. multumque habet  
inanitatis et vacui. Idque **Seneca** non negavit dum  
in dedamacionibus ait. quod raro haec inter se coeunt  
ut eadem vox sit dulcis et solida. **Hinc** Didimus  
ad **Alexandrum** arte inquit bene loquendi non  
discimus nec facundie rethoricoz oratorumque ope-  
ram damus. **Cuius** officium est fabulantes sermonibus  
fidenter mendacia. et innocentie fidei conferre  
criminibus. qui dum putant se aliene laudis fru-  
ctum per iniquam victoriam capuisse. nesciunt se sine  
conscientie perdidisse merito. ut recte expiatur illud  
**Lactantii** quod multis sua etiam facundia mortifera  
est. **Rursus** veluti ipsa artificiosa dicendi ars  
suos alunos decipit. sic et ab eis fallit. parumque  
ei vituperii vicem reddunt. dum eloquentie aut recto-  
ris falso nomine gloriatur. eamque tanto se di-  
turpat. quanto nullam partem eloquentie attigerunt.  
**Ruipe** nominari eloquentes delectatur. qui  
non dum loqui inceperunt ne dixerim didicerunt.  
**Est** enim modernorum hominum ingens numerus

quī in eo se veros rectores pfectos atq; facin-  
dos oratores euasisse putāt: si post pauculas  
quib; insudarūt gmatice lrās. poster gatis ce-  
teris pclaris scientijs. q̄ ipsā eloq̄nciaz. nedū  
illustrāt: s; cōficiūt. illico faciēdie studijs se de-  
dāt. librosq; Ciceronis et si ius. uī **Quintilianū**  
plegāt. longe certe aliter idē Cicero moderna  
deplorās tpa in eo libro sentiebat: quē de ora-  
tore ad **Quintū** fratrem edidit. lōge secus a ipse  
**Quintilianus** cū de oratoris institucōne ageret.  
rarū enim aut nullū fatentur optimū esse ea  
etate oratorē. Cuius rei illam asserūt non im-  
pulsā fore causā. Nā oratorē inquit in om̄ sa-  
piēcie gñe p̄suadere oportē ut q̄ alibi didicit.  
cū splēdore dicēdi pferat. adeo ut qui vix ora-  
torē audit. scire et intelligere plus q̄ ceteri ar-  
bitretur. Quod utiq; nisi diuersis sapientie ti-  
tulis lustret: efficere non valebit. Quo em̄ pa-  
cto in sacris līs ille p̄suadebit: qui eas nulq̄  
legit. Quoue in naturalib; q̄ **Aristo.** nō vidit.  
Quo mō in morib; aut iure civili perorabit: q̄  
eaz sciētiāz ne dixerim exps ē. s; nec p̄ncipia  
nouit. Ea de re Cicero mirare desinit. paucos  
admodū fuisse oratores: cū eos aut om̄ia aut  
multa scire oportet. q̄ oia hoies oplecti p̄q̄ dif-  
ficile ē. Hinc **Aug.** in de doctrina xp̄iana ait  
quendā sapientē dixisse. qz oratorem oportet

## Cap. xxxvi.

nō modo delectare: s; docere. nec mō persuadere  
ut flectat: s; ut vincat. **C**ōstat itaq; ea omnia  
nō nudis verbor; solis. s; multiplici sapiētia  
opari. **T**alis ergo eloq̄ntia a sapiente plata.  
omi dulcore mellis dulcior est. de qua in ecclā  
slico scribit. sapiens in v̄bis amabile; se red  
dit. **V**t igit; partes laudate eloquentie quis  
assequat. necesse est varia scientiarū supelle  
ctili cōstipat; existat. **I**q; in puerbñs **S**alo  
mon pmonuit inquirēns. **S**tude sapiētie ut pos  
sis digne proferre sermonē. **R**ua sententia cō  
tempūibilem asserit faciēdiā; nisi scientia a sa  
pientia fuerit cōdita. **F**ateor ergo hoīm mens  
hodie deprauata. quāmo a perit; obcecata est  
adeo ut frondes p fructu capiāt a fumo pasca  
tur. dū se igni a p̄mquare putāt. **H**oc ē certe  
illud tempus qd̄ **A**postolus ad **T**himotheū  
p̄fignabat. cū poetar; fabulas ac ficmēta pro  
veritate ac sana doctrina fideles accepturos  
in spiritu deplorabat. cū ait. veniet ergo tem  
pus cū sanā doctrinā non sustinebūt. s; a veri  
tate quidē auditū auertēt. ad fabulas aut cō  
uertētur. **A**dde. q; teste **A**ug. **C**icero ipse a ceteri  
quī rethoricā docuere fassi sūt eloq̄ntia; sine  
sapiētia obeē plurimū a p̄desse nūq; sapiētia  
vero sine eloq̄ntia plurimū p̄fuisse. **D**ic **A**po  
stol; ipse vas electionis ad corinthios de se

**SS**  
**Liber primus.**

loquens palam fateetur se imperitum fore sermone. sed  
non scientia et sapientia. tantum tamen proficit quantum mun-  
dus capere potuit. et humana ingenia sufferre valu-  
erunt adeo ut plures ceteris doctrina et predicatioe pro-  
ficiens: vnde ipse doctor gentium meruit appellari.  
**I**pse denique et si rethoricis coloribus non utique quod  
vtebatur. adeo vtiliter disputabat: ut omnes sua  
sapientia superaret. **N**on vtiq; ut ipse alibi ait vin-  
cebat in persuasibilibus humane sapientie verbis: et  
quod ad eloquentiam referuntur. quare fideles sumope-  
re admonet. ne decipiatur in sublimitate ser-  
monis. **R**ouerat enim quod ad eundem sensum **J**ob dix-  
erat. frustra inquit homo aperit os suum. et absque sa-  
pientia verba multiplicat. **N**ec idipsum gentiles ve-  
teres quod eloquentie studia miro cuderent ingenio ne-  
gare videntur. quippe arbitrati sunt eloquentiam non  
debere iudicari atque laudari verborum solo splendo-  
re: sed in grauissimas sententias a vera sapientia  
sapienter elicitas. ut explicare libet. et gratia ex-  
empli dixerim. **I**n conueniando dyademate siue  
anulo absque proportione longe plures conferre videtur quod  
carbunculum. quod gemmas. quod autem offert: quod aurifer  
qui modo ea auro ligat formamque simpliciter adicit  
**O**mnis itaque referta oratio gemmis sapientie et  
sententiarum potest perficere. non solum verborum flos aut  
pax ergo substantie vel virtutis aut solide pul-  
chritudinis orationi afferre videtur. quod solum rethorice

## Capitulum xxxvi.

et eloquentie vacat. veluti qui nuda ex aliena  
pretiosaq; materia vba ligat. **R**ui vero non  
mendicando s; sua diffundendo preciosiora mimi  
strat: longe plurius offerre visus erit. **S**amula  
tur itaq; teste **Aug.** eloquentia sapientie. nec  
miru ut **Hiero.** ait ad magnu oratore. si pp  
eloqui venustatem et dicendi ornatu sapientia  
ut dña ea utat. et aliqu de ancilla atq; captia  
ppter eius venustate faciat libera israelitem  
q et tamdiu honorata incedat: q̄ diu dña; se  
quitur. sitq; ostentabilis. cu sola absq; domine  
splendore prodire atq; placere gescat. **P**ostre  
mo audi quid **Aug.** dicat. ait enim quia elo  
quentie solu vacantes minime ingeniosi habet  
tur **Q**uid em inquit pdest clavis aurea si appe  
rire non potest. **A**ut quid obest lignea si por  
**A**ga igit finem si illud vnu dixerim. qz si sine  
sapientia eloquentia pficitur. vanitati inniti  
fatenē. **N**a nudo vboꝝ ornatui vacantes. hūa  
nitate studia se iactat affectuos. cu em teste  
sapiente vana sunt studia hoim. recte oratoꝝ  
exercitia studia hūanitate sunt quippe et va  
nitate: dū vanitati sermoīs incūbunt. quos  
pulchre idē sapiens alibi digito tangit. vba  
inqt pferūt plurima multaq; in dicēdo et dif  
putando vanitate habētia. **S**ed et **Hieremias**  
ad eundē sensū. doctima inquit vanitate eoz

## liber primus

lignū est argento inuolutū. Lignū inq̄ siccū  
est atq; aridū. idq; ut splendeat argento in  
uolūtē. Nec aliter rethorum uerba arida sunt  
ueluti nullo sapientie humore aut sentētiarū  
splendore humectata. quare ut fulgeāt. argē  
to nude eloq̄cie superinoluūtur. Quo fit ut  
uerissimū sit eos studia sequi hūanitatē q̄  
potius uanitatē. Ad de que dixim⁹ in prefati  
one hui⁹ libri que incipit. Verū ubi aliquid  
diximus vsq; ad mediū capituli.

### Capitulū. xxxvii. de mathematicis scien tijs in genere. et de eaz ortu et fine.

**M**athematice uero doctrinales uocantē.  
quia per certas demonstracōnes quā  
titatis continue docent. ut statim subi  
ciemus. Das phus methaphisice enumerat  
et cū illa conueniūt quia utraq; considerat de  
quātitate continua. sed dispiter. Methaphisice  
em̄ considerat de omnib; quātitatib; put sūt en  
cia ut ait ph⁹ libro q̄to methaphisice. s; ma  
thematic⁹ considerat de quātitate ut de subiecto. et  
de illa p̄ncipaliter agit illaq; demōstrat. Et q̄  
quātitas multiplex ē aut saltē q̄druplex. deo  
quatuor sūt mathematice. Prima em̄ et nobilior  
quātitas est circa dimensionem oim̄ celestiu

Cap. xxxvij.

corporū in se. et inter se per distantias et dimē  
siones ad inuicem. etiā respectu motus et sit⁹  
illoꝝ. et circa istā qñtitateꝝ versat astronomia  
**A**lia ē qñtitas respectu audit⁹. circa sonos et  
voces. **N**ā hūana curiositas vidēs in sonis eē  
delectamētū. qñ hūit eā; ei⁹ vt sibi posset p artē  
tales delecta cōes facē et cōtinuare ut dicit **Bo**  
eti⁹ in pmo musicē. vñ docuit qñtitateꝝ vocū  
sub vna cōcordia et cōsonātia sonoz cōiungere et  
in vna pportōe nūerali deducē. et hāc pportōez  
et qñtitateꝝ sonorū vocam⁹ musicam. **T**ercia  
qñtitas respectu nūeri vsat qñ dicta ē arithme  
trica. vt⁹ nūeri. qz cōsiderat qñtitateꝝ nūeralē  
et ppetatē ei⁹ ut ait **I**sidor⁹. **H**ec cōte ars mag  
ne v̄tutis ē qz nulla aliaz triū indigz. alie ve  
ro hac plurimū indigēt ut ait boeti⁹. **Q**uarta  
vero qñtitas vsat circa mensurā qñ dicta ē ge  
ometria. v̄mēfura t̄re. qñ ortū habuit s̄m **A**lfā  
rabiū in egipto. **C**ū em post **N**ili mūdatiōem  
possessiōes oēs obducerēt limo. ad hoc ut de  
itēps possessiōes cōtitudinalit distiguerēt. cep  
rūt t̄raz lineis et mēfuris metiri et p̄tici. ut sic  
cōtū limites ponēnt in possessiōibz. **A** tali igit  
p̄maria mēfura t̄re sciētia mēfurādi nomē ac  
cepit. qñ geomet̄a d̄r. **P**ostea vero creuit inqñ  
tio ei⁹. et deūētū ē ad lineas et cūculos et triāgu  
los et ceterās figuras ad eiusdē artis p̄fectiōez

**C**apitulum xxxviii. particularit de p̄ma sciētia ma-  
thēatica vic; de astronomia et de eius lau-  
dib; et utilitate. Demū de illi; inōmodi-  
tate incertitudine laboribus et damnis.

**A**stronomia itaq; prima est mathēa-  
tica. et quā antiquū mathesim penulti-  
ma breuī appellabant. eamq; vtilē  
p̄babilēq; habuerūt. quia ut ait **P**olicratus  
natura illam inducit. ratio p̄bat. et vtilitas et  
expiētia approbat. quū hunc sequūtur: curi-  
osiores sūt celestiuū ut inuestigent de singulis  
q̄ sub lunari globo cōtinētur. vtilis certe ad na-  
turales effect; p̄noscedos. **I**lla enī de fixorū mo-  
tib; magnitudie et distātia p̄tractat. **E**uocat enī  
hoies ab hijs tenebris et grosso aere: et i supi-  
orē illā lucidissimāq; celi domū tot lūaribus  
distindā: oculos et aīn inducit. **E**st enī iocū-  
ficas stellaz p̄magines discernē. et erraticas  
suis locis noibusq; designare: earūq; diuētiones.  
**D**emū solis et lune defectus: longe ante p̄dicē  
et p̄uidere ex quib; plurima cōmoda cōsequit  
et non pua picula et inōmoda vitam. **R**ur-  
sus non est dubitandū ex motu celestiuū cor-  
porū plurimos futuros rerū euentus depende-  
re. p̄fectim in illis q̄ ex nōo libero arbitrio nō  
p̄cedūt. **V**nde s̄m doctrinā sanctorū non sunt



## Cap. xxxviij.

culpādi quī naturales effect⁹ Stellaz a plane  
taz nouerūt predicūt. Nā et in genisi legitur  
lumina celi ad hoc pducta esse: ut sint in sig  
na a tempa a dies a annos. Patz ex predictis  
excellentia a vtilitas hui⁹ artis. Vex fm Alfa  
rabiū hec ars p parte mendax est: a homini  
bus ignota. Quis enim hominū hodie nouit  
omniū a taz diuersaz Stellaz diuersas natu  
ras et effect⁹. et postea vtutes ex omnibz mix  
tas. ut cū certitudine definet euent⁹. etiam  
naturales in elementis et elemētatis coniūgē  
tes. ut absq; dubio dicē possit. taliū Stellaz cō  
iūctō fcit necessario siccitatē: a taliū diūctio fcit  
aqq; abūdantiā. a taliū pestilentiā. a taliū mortē  
diuturnā. a taliū mortē celerē. Indubie nemo  
nouit ita arcana ista certū dicē. s; p dicēdas  
fallaces asserūt aliqua ex hīs q; cōtigerūt ali  
qñ. a non accidit vniformē sicut dicūt Et ideo  
astronomia iudiciaria fatua dicē. a infatuata  
eoz quī sibi vacāt fm eūdem Alfarabiū. Ter  
tenda certe est taliū hominū dementia: ut  
scire velint: que in celo aguntur. quasi consi  
lio celestiu infuerint atq; recēter inde vene  
rint. cum tñ quid in terra quid in domo vxoz  
aut soroz eius egerit: ignorēt. Noui ego quos  
dam astronomos vxozes habere nō satis pu  
dicas. ipsi tñ de aliaz impudicia cōiectabāt

## Liber primus.

Plurima itaq; incōmoda humanō generi ex  
hīs futurorū p̄scrutacōibz mathematici affe-  
rūt. **S;** vltra predicta imminent alia incōmo-  
da et picula. Nam raro et difficulter sectatores  
hui⁹ artis intra moderacōis metas cohibent  
**S;** cupiditate q̄dā futura p̄noscedi ad diuersa  
vairatū gn̄a eis velamēto hōies trahūtur ut  
teste Polycrato nō tā phie species; q̄ quedā  
impietatis disciplina sit. et tāde; in mathesim p̄-  
ducta penulcia cōuertat. Dilatāt em̄ plurimī  
filaterias hui⁹ artis ut cōstellacōibz et pla-  
